Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



dias. et in via exitus mei cum omni
militia celestis exercitu animã meam sus-
cipias. et participem tui regni facias. Q
cum deo patre. ~ Hymnus.
Qvx fidelis inter omnes arbor
vna nobilis nulla silua talem profert
fronde flore germine. Dulce lignum dulces
clauos dulce pondus sustinet. Crux: Lange
lingua gloriosi prelium certaminis et super
crucis tropheo dic triumphum nobilem qua-
liter redemptor orbis immolatus vicerit. Dul:
De parent protoplasti fraude factor con-
dolens quando pomi noxialis morsu in mor-
tem corruit. ipse lignum tunc notauit dam-
na ligni vt solueret. Crux: Hoc opus nre
salutis ordo deposcerat multiformis proditor
ars vt artem falleret. et medelam ferret inde
hostis vnde leserat. Dulce: Qvando venit
ergo sacri plenitudo temporis missus est ab
arce patris natus orbis conditor atq; ventre
virginali carne factus prodiit. Crux: Vagit
infans inter arta conditus presepia membra
pannis inuoluta virgo mater alligat et pedes
manusq; crura stricta cingit fascia. Dulce: